



Archiepiscopatus Et Electoratus Trevirensis

Abtei Sankt Maximin <Trier>

Avgvstae Trevirorum, 1633

Littera Z. nu.1. Regale Maximiliani I. Imperatoris, super Abbatia S.
Maximini, Ioanni Archiepiscopo Treuirensi, & Principi Electori, 1. Iunij, Anno
1495. datum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62152)

REGALE MAXIMILIANI I. IMPERATORIS, super Abbacia S. Maximini, Iohanni Archiepiscopo Treuirensi, & Principi Electori, 1. Iunii, Anno 1495. datum.

N. 365. Maximilianus I. Imperator ob benemerita Archiepiscoporum Treuirensium, priuilegia Ecclesie Treuirensis, confirmat.

Maximilianus, diuinâ fauente Clementiâ, Romanorū Rex semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex &c. ad perpetuam rei memoriam. Dum Romanorū Imperatores, & Reges, Sanctâ Treuirensē Ecclesiam, & Ipsius Antistites, ex multiplicibus affectionum amplexibus, quas ad Ipsos iugiter habuerunt, propter *larga, Ipsorum Antistitam merita, quibus Ipsi se & sua ad publicam utilitatem Imperij exposuerunt, cum libertatibus, priuilegiis, donariis, munificentis, beneficiis, aliisque concessionibus gratiosis, iustæ considerationis intuitu decorârunt.* Nos igitur, piis Eorū vestigiis inhæredo, non tantū ea, quæ per Eos facta sunt beneficia, stabilire, sed eadem extendere volentes, præfertim Venerabilis Principis nostri Iohannis, S. Treuirensis Ecclesie Archiepiscopi, sacri Romani Imperij, Regni Arelaten: & Galliarum Archicancellarij, Nepotis Nostri charissimi, respectu, qui fœlicis recordationis Serenissimi Friderici III. Imperatoris Augusti, Domini & Genitoris nostri charissimi, nostris quoque temporibus, *se & sua pro Regni & Imperij conseruandis iuribus, obedientissimè, magnificè & liberaliter exposuit,* motu proprio, ex certa scientia, debita causæ cognitione, cum omnibus & singulis sollemnitatibus,

N. 366. Præfertim, ob Iohannis Archiepiscopi Treuirensis merita, Friderico III. Imperatori, & Imperio præstita.

quæ de Iure aut consuetudine in talibus requiruntur, sana maturitate præmissis, Oppida, Villas, Castra, & Fortalicia sua, & Ecclesie suæ prædictæ, quæ bonæ memorie

N. 367. Et Oppida, Villas, Castra & Forta-

tiæ

riae sui Praedecessores, Archiepi Treuirenses, haecenus
 habuerunt & possederunt, ac ipse habet & possidet, & praefertim Comitatus de Dietz & Salmis, Dominia de Schonenberg, & Schoneck Eifflia, Kastelburg, Hammerstein, Honstein cum Aduocatia, Kempenich, Wartestein, nec non Schoneck super Hundtsruck, Ruffenberg, Haffelbach, Eltz, *Aduocatasq. Monasteriorum Prumiensis & S. Maximini, una cum iure inuestiendi de temporalibus* Monasteriorum Prumiensis, & Epternacens: Treuir: Diocesis, & Curiam de Thumme, *quos, quas, seu qua Praedecessores sui bonae memoriae Iacobus, Otto, Wernherus, & alij, Ipse Ioannes, praedictae Ecclesiae compararunt, seu adiecerunt, & quemlibet dictorum locorum cum suis iuribus & attinentiis libertamus, & Ecclesiae Treuirensi adiacimus & confirmamus, &c.* Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostram concessionis, declarationis, indulgentiae, libertationis, & donationis paginam infringere, vel ei, ausu temerario, quomodolibet contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, praeter indignationem nostram & Imperij, quam ipsum incurere volumus ipso facto, *paenam centum librarum auri puri, quarum medietatem Fisco, idest, nostrae Regali Camerae, reliquam Archiepo Treuir: pro tempore existenti, applicari volumus, se ipso facto nouerit incurrisse: praesentium sub nostri Regalis sigilli appensione testimonio literarum.* Datum in Ciuitate nostra Imperiali Wormatien: prima die mensis Iunij. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. Regnorum nostrorum Romani, decimo, Hungariae vero sexto, annis.

litia Eccle-
 siae Treuir:
 & nomina-
 tum Comi-
 tatus de
 Dietz &
 Salmis &c.
 N. 368.
 Aduocatiā
 Monaste-
 riorum S.
 Maximini,
 & c. vna cū
 iure inue-
 stiendi de
 temporalibus
 &c. Ec-
 clesiae Tre-
 uirensi li-
 bertat, adiac-
 it & con-
 firmat.
 N. 369.
 Praeceptum
 Caesareū &
 commina-
 tio poena-
 rum in
 transgres-
 sores.
 N. 370.
 Poena cen-
 tum libra-
 rum auri
 puri.

Y 3

Litte-